

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Symma Practica Theologiae Mysticae**

**Gelen, Victor**

**Coloniae Agrippinae, 1652**

Articulus Octauus. Eiusmodi motuu[m] multiplicatione, digeri vsum  
habitus ad sequentem radicandum, per statum transformationis modi  
ascendentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9766**

tione boni, & pulchri , alamur & viuamus.

Recogitent itaq; etiam nunc ( si placuerit) illi , qui per nudam auersionem eorum quæ Deus non sunt , & cotuersionem quandam generalem, seu primo obiectam , ilicò Deum , seu potius obscurum quoddam phantasina , (quoadusque tandem, ab ipso ad impertinens, si nō nocens dilapsi fuerint ) sibi fixum, firmumque statuunt : an ilicò & antequam nouerint, num sursum , vel deorsum , ante , vel retro , sinistrorumsum , vel dextorumsum, circulari , vel obliquo , seu recto motu, eundem sit ; ad veram , & realem fruitionem contingere possint, absque specie à Deo infusa , aut commotione voluntatis immediate à Deo excitata.hæc autem infusio & commotione sicut rariū contingit, & eminentiorem statum , quam ipsi consecuti sint, decet ; ita quoque homines à vita arcani amoris adhuc longè distantes, & obscuris phantasijs delusos , quam maximè dedecet. vt autem constet quam ordinato progressu charitas per hosce tres motus continuò magis radicetur , consequenter dicimus ,

*Eiusmodi motum multiplicatione , digeri usum habitus , ad sequentem perfectius in charitate radicandum , per statum Transformationis, modi ascendentis.*

#### ARTICVLVS OCTAVVS.

**I**Am verò, cum [ charitas possit a augeri tota vita, ] varijs hisce motibus,

ipſa[ fruitio, quæ ad virtutem b appetituum pertinet,] quadam insatiabilitate, ac motuum , actuumque perfectorum successione , & formatur , & alitur, in spiritu; purè, & supernaturali, ac à sensibilibus superexaltato modo: in parte inferiori autem ad practicum ordinem, ad minima quæq; ceu ad particulas diuinæ sapientiæ, & vestigia, motu admidum ordinato , in successiuis sphæris, circulis, seu spiritualibus regionibus dimittitur ad degustandas quatuor illas c diuinitatis dimensiones ; scilicet latitudinis, longitudinis , sublimitatis , & profundi : vt iterum in centro, seu puncto latitudinis intensiore radicationem in charitate , per similes quatuor diuinitatis inactiones amplificet, digeratque. [ subiectum enim d charitatis de illa magis, ac magis participans; in illius actum magis reducitur , eiq; subditur.]

Ac tum sic est regnum e Dei, quem admodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat, dū nescit ille ; quoq; tandem post insinem spiritualem progressum , f multiplicatis eiusmodi diuersis dimensionibus , & motibus ; ad subsequentem statum transformationis, scil. modi ascendentis , profundius in charitate radicatum , & altius in dono sapientiæ eleuat, transeat. quod vti fiat, priusquam dicatur; oportet hic consequenter de diuinis similitudinibus , pro ut modum supernaturaliter operandi perfectius attingunt, nonnulla tractare.

DE

a S.Th.22.q.24.a.4.c. b 1.2.q.11.a.1.c. c hica.s. d 2.2.q.24.a.3.c. e Mar.4. finf. Dic.3.3.4.